



PARS III.

De Imperatoribus Christianis Romano - Germanicis in Occidente à Carolo M. usque ad Rudolphum Habsburgicum.

Quinque Sæculis cum dimidio pars ista absolvitur, numeratque Imperatores 27.

CAPUT I.

Imperatores Sæculi noni
è stirpe Caroli M.

79. Carolus Magnus.

1. *Qua ratione instauratum Occidentis Imperium?*

Carolus Magnus Galliarum Regem, Pipini brevis Filium, Dei Providentia elegit, ut maximo Ecclesiarum bono Imperium Occidentis, ante annos 325. collapsum, restitueret. Præsidii nihil, vexationis autem plurimum ab Orientis Imperatoribus capiebat Ecclesia, cujus ditiones infestabant Exarchæ, & Reges